



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Gerardvs Ep. M. 24. Septembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

salutiferam manum porrigeret, medici, quibus, quod nullam jam lucelli spem viderent, oculi scilicet dolebant, in virginem infames adolescentulos armarunt. Hos leones cum fugeret, quae nec leones fugerat, jam jam comprehendendae sinum rupes discedens praebuit, clausuraeque castitati & asylon & tumulus fuit. Itaque qui pudori periclitanti non consulit, hunc ego etiam rupe duriozem dicam. *Ex D. Basil. & Metaphr.*

Inter omnia certamina Christianorum sola sunt dura praelia castitatis; ubi quotidiana est pugna, & rara victoria: gravem namque sortita est castitas inimicum, cui quotidie resistitur, & semper timetur. S. Aug. l. de Hon. mul.

S. GERARDVS EP. M. 24. Septembris.

Genuere Venetiae GERARDVM magno suo honori, majori Ungariae bono. Nam per hanc illi domum iter est ad sacras Solymae terras, hospitem interceptit Rex D. Stephanus, & detentum amicum viginti Episcopum dedit. Nihil illi post Christi honorem prius, quam Matris huius cultus, quem toto regno magnam animi sui voluptate, fructu hominum quam maximo, disseminavit. Pietatis in MARIAM illud argumentum esto, quod ante eius aram namquam non binos ministros excubare voluit, qui thuris odore eam honorarent, & fumo tam pio proderent, quibus Virginem castissimè ardebat, ignes sanctissimos. Adhaec nemo unus fuit, qui ab offenso veniam non exorasset, simul interposito Patronae MARIAE nomine orasset: ut jam nominis huius characteres totidem calculos candidos dixisses, quibus omnes apud illum rei absolventur. *Iam ut corpus in virtutis*

25. Sept.
palæstra
petebat
cem do
gnum,
tradidit
optimam
dam. E
cinctus
innoxium
rum ev
cidis su
petorasti
Beat
rum (eq
effert. i
colit: e
vacuum
Ephrem
B. PV
Q
ric
& ferul
ciendos
Eutyche
sto natu
bat, doc
cum sub
totus c
vi. ipso
bis adif
animi i
tum ip

palæstrâ exerceret, noctu silvas & ex silvis ligna
penebat, leprosis interim in lectulo Episcopi vi-
cem dormientibus. Hostibus, qui regi Petro re-
gnum, quod Stephanus suâ morte illi in manus
tradiderat, vi eripuerant, malam mortem, sibi
optimam vaticinatus est & sanguine comparan-
dam. Et verò anno M. XLII. à globo impiorum
cinctus, lapidibus primò est appetitus: sed, quia
innoxius hos scuto Crucis excipiebat, post cur-
rum eversum hastâ transfixus est, cum pro parricidii
suis, Christi & Stephani exemplo, è genibus
petorasset. *Ex Surio.*

*Beatus qui ab omni abhorret turpitudine peccato-
rum (eq; hostiam viventem & Domino acceptam
offert. Beatus qui semper in seipso Dei memoriam
colit: erit enim totus velut Angelus celestis in ter-
rarum reverentia & amore sacrificans Domino. S.
Ephrem in Beatitud.*

B. PVER CONSTANTINOPOLITANVS.

25. Septembris.

Quid hodie primùm miramur desipere hære-
ticos? jam olim barbaros horum Magistros
& ferulâ dignissimos ad rudem pueritiam eru-
diendos cælum ablegavit. Ita porrò Fulloni, qui
Eutychetis cestro afflatus unicum tantum in Chri-
sto naturam, adeoque mortalem DEVM somnia-
bat, doctorem puerum multò antè providit. Nam
cum sub Theodosii Iunioris tempora terræ motu
totus orbis, sed Constantinopolis potissimùm,
vi. ipsos menses laboraret, præter nobilissima ur-
bis ædificia testaque & sacra & profana dejecta,
animi insuper omnium ita sunt consternati, ut
cum ipso Imp. suo urbs urbem desereret, campos
que